

2

ADLOCVTIO SVBIECTISSIMA
AD
SERENISSIMVM PRINCIPEM IV-
VENTVTIS
DN. ERNESTVM
AVGVSTVM,
DVCEM SAXONIÆ , ET
RELIQVA,
post habitam Disputationem Inaugura.
lem Publicam
DE CVBEBIS,
M DCC V. D. XXIII. Iun.
facta a
GEORGIO VVOLFFGANGO
VVEDELIO.

IENÆ LITTERIS KREBSIANIS.

XIX,597^b

LIBRARY OF THE Saxonian

CA

VI MURINCIEN MURINCIEN

ANTIQUE

MURINCIEN MURINCIEN

ANTIQUE MURINCIEN

ANTIQUE MURINCIEN

original manuscript of the following
memorandum

CABEBO ETI

ANNO DCCXVII

ETI

GEORGIO VON HEDERO

GEORGIO VON HEDERO

LETTES KUNST

Serenissime Princeps ac
Domine,

Domine clementissime,



Vibus verbis eloquar
Principalem hanc gratiam, quod
iubare radiantissimo Tua Sere-
nitas dignata est actum hunc in-
auguralem collustrare?

Mutuari liceat a Cubebis, aro-
mate splendidissimo, orandi subsidium, ad testan-
dam deuotissimam submissionem, & deprædican-
dam eminentissimam gratiam. Illas si spectemus in
sua origine, cultu, progressu & viribus, emicat in
Cubeba

1. RADICIS GLORIA AVITÆ. Hæc inter
perennes militat, quæ terris inserta fœcundis pro-
germinat subinde, & fructus hos parturit. Serenissi-
mæ domus propago ERNESTVS AVGUSTVS
gloriosissimos refert parentes, auos & atauos, qui
per plurima secula Saxonum Anhaltinorumque fa-
miliæ fœnerarunt splendorem.

2. VOLVTA AMPLEXIBVS ÆQVIS. Ex
conuoluulorum genere cubeba consurgit, excepta
& comprehensa mature vicinis arboribus, quarum
velut nexu & exemplo animatur in flores & fructus
vberrimos. Serenissimum ERNESTVM AVGU-
STVM excepit spes publica, non solum vniuersi or-
bis Saxonici, sed &, cum affectu lætissimo, Serenissi-
mæ totius familiæ, eaque omnes alit bonos & ex-
hilarat.

3. RECTO MOLIMINE NIXA. Ope velut
obstetricante eget cubeba, pedamento & fulcimen-
to, quibus nitatur & educatur exorrecta. Pietas
ERNESTI AVGUSTI præcipuum virtuti & gloriæ
ponit fundamentum. Pietas ad omnia vtilis ; hoc
fundamentum genuinum omnis Principis fortunæ,
& augurium felicissimi regiminis, quo nixatur, ver-
bis *Lucretii*, vita salusque subditarum terrarum.

4. SCAN-

4. SCANDIT IN ALTVM. Sursum ad solis radios producta fructus suos molitur extrudere, quibus fota feliciter illos enititur. Auspiciis prosperrimis adulta virtus ERNESTI AVGVSTI ad culmen seu medium cœlum properat, honorum, gloriae & munerum Principalium.

5. EGREGIO TANTVM DECVS EMINET ORBE. Minora sunt grana cubebæ, sed maximas in minimo orbe suo complectitur dotes, aroma perfectum, & aliis si non anteferendum, saltim pari encomio dignum. Omnes Principales actiones Serenitatis Tuæ spirant ornamentum & decus familiæ, ceu fulgidum sidus futurum. In orbem illum seminalem velut in centrum quoddam omnes vires transiere & coaluere in vnum. Idem in Te videimus iam prouehi, & indies sese exerere magis magisque, donec ad perfectam maturitatem virtus progressa enitebit quam fulgentissime.

6. FOETA RACEMIS IN NVMERABILIBVS, Ut vniuerso generi humano vsus suos fœnerent cubebæ, copiosissimo prouentu luxuriant. Serenissima Domus Saxonica diuinis heroibus foeta fuit in hunc vsque diem; Redundant inde in Ecclesiam orthodoxam, in studia & Academiam hanc, in vni-

uersum orbem uberrimi fructus. Semina horum & in Tua Serenitate iam promicant, & accessione virtutum ac decorum Principalium & futuro orbi promittunt consimiles fructus.

7. MODERAMINE GRATIOR OMNI. Est in aromate hoc temperies singularis & præcipua, ut leni amaritie, leni acrimonie, ameno acumine gratissima vis aromaticata temperata visatur. Maxime id decet Principem, gratia temperata grauitate, ut actiuitas lenitate, indulgentia seueritate misceatur. Præcipuum est & illud in Serenissima Domo Saxonica, ut gratia cum autoritate amore in se deriuat & subiectissimam venerationem.

8. VIRTVS DIFFUNDITVR VS. Differre videntur cubebæ virtutem, quam possident summam, donec in usum vocatæ illam exerere amplissime possint, præsentem, sed latentem visam, donec potentia in actum ducatur. Tunc demum emicabunt illustrissimæ virtutes, uti sane iam summis prædicantur ab omnibus bonis encomiis, quando occasio se offeret, testandi in pectore conditam diuinam sapientiam, diffundendam in patriam, Imperium, & uniuersum orbem.

9. AMABILIS OMNIBVS. Quis non delectatur,

E 10.12.2

C X

lectatur, saltim in usu ipso, cubebis? Attident cunctis
amoenitate sua, gratia, & usu. Quod apud Veteres
olim, in nummis, Gaudium Romanorum, Gloria
exercitus, Optimo Principi, Salus humani generis,
& alia elogia signabant, id omne iam votis ma-
xime deuotis ominamur, & precamur Serenitati
Tuæ.

10. NOXAS PRÆSERVAT ET ARCET. Ec-
sanis tutum præsidium & ægris necessarium auxi-
lium præbent Cubebæ. Idem in Republica Serenissi-
mi Principes præstant, & seorsim id Saxonie Duci-
bus, Patribus Patriæ, solenne est. Idem benignum
fatum, eandem fortunam a Te expectamus, Serenissi-
me Iuuentutis Princeps.

II. CAPVT ATQVE CORONA COLVMNÆ.
Visendus est in Cubebis globuluscum suo stylo, re-
præsentans caput, & fundamentum, quasi clavum,
quo columnæ inseri possit, eamque decorare. Est
& in quibusdam seorsim visendus velut pileus, or-
namento singulari. Serenitati Tuæ concessum diui-
nitus diadema & pileus Ducalis Serenissimæ Domui
Saxonie, columnæ Ecclesiæ, columnæ S. R. Imp.
columnæ patriæ, nil nisi gloriam, & celsissima fœ-
nora spondent.

12. PER-

PERENNANS DV RAT IN ÆVVM. Sunt,
qui decenniū vires integras perstare Cubebarum
rentur, sed excedunt omnino longe idem, peren-
nantes potius sunt, condientes & alia corpo-
ra, & seipſas. Tua gloria, Serenissime Princeps, vt &
totius Serenissimæ Domus Saxonicae, durabit in
omne ævum.

Nos in præsentiarum, cum longius in laudes
summas digredi non liceat, deuotissimo pectore de-
ueneramur Principalem h[ab] gratiam, votaque &
spiritu ad cœlum fundimus, pro vita longæua, pro
incolumitate & perpetua fortuna, spondentes
subiectissima obsequia & cultum pientissimum,
gloriæ Serenissimæ ac immortalis inde-
fessi futuri præcones.



Annot A 220, 21